Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31476
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



438

qui mecum consequet.
Beati mites: quoniam
ipsi terram possidebunt.
Beati pacifici: quoniam
filii dei vocabuntur.
Beati qui persecutionem
patiuntur propter iusti-
tiam: quoniam ipsorum
est regnum celorum. Be-
atis estis cum maledixe-
rint vobis homines
et persecuti vos fue-
rint: et dixerint omne
malum adversum
vos mentientes pro
me. Gaudete et
exultate: quoniam mer-
ces vestra copiosa est in
celis. Sin Lucam
In illo tempore. Attendi-
te a fermento phari-
seorum quod est hypocri-
sis. Nihil autem
opertum est quod non
revelabitur: neque ab-
scondetur quod non
scietur. Quam quae
in tenebris dixistis in
lumine dicentur: et
quod in aure locuti es-
tis in cubiculis pre-
dicabitur in tectis.
Dico autem vobis amic-
is meis: ne terreamini
ab his qui occi-
dunt corpus: et post
hec non habent amplius
quid faciant. Os-
tendam autem vobis
quem timeatis. Timete eum qui post
quam occiderit: habet
potestatem mittere in
gehennam. Ita dico